



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 1. Actum Romæ de edenda Constitutione Pontificis contra Quesnelli
errores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII.
A. C. 1713.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

CONTINUATÆ.

LIBER CCXVI.

CLEMENS XI. PONTIFEX MAXIM.
CAROLUS VI. ROM. IMP.

§. I.

*Actum Romæ de edenda Constitutione
Pontifica contra Quesneli
errores.*

Dorsan.
*Journ. de
l'Hist. t. I.*
pag. 39.
Præf. Hist.
pag. 27.

Interim vehementer urgentibus Lodo-
vico XIV. Galliarum Rege, &
pluribus Franciæ Episcopis De-
putati Cardinales & Theologi con-
ciendæ Constitutioni contra Quesnelli
librum strenue Romæ desudabant: Ha-
bebantur a die decima quinta Januarii
singulis septimanis duæ Congregatio-
nes, quibus Clemens Pontifex, eti-
satis affecta uteretur valetudine, sem-
per interererat, tantaque eruditiois uber-
tate differebat, ut argumentum, de quo
agebatur, plene exhausisse videret:
cum

cum autem ex Cardinalibus solus Fer- Sæc. XVIII.
rarius, & inter Consultores Le Drou, A. C. 1713.
qui Pontifici a Sacello erat, literis Gal-
licis doctissime eruditi essent, hinc Pon-
tifax ad facilitandam propositionum in-
telligentiam ceteris latinam reflexio-
num versionem Lovanii impressam sub-
ministravit. Decerpebant examinato-
res ex Quesnelli libro plurimas propo-
sitiones, quas mature cum fidei doctri-
nis conferebant, cunctosque verborum
apices ad pondus sanctuarii & Theo-
logiæ trutinam revocabant: Solerter
etiam propositiones, quas censuris ob-
noxias censebant, discutientes, an non
in sensu Catholico explicari possent,
examinabant, ac desuper sæpiissime in-
ter se conferebant. Tenuit hæc Theo-
logorum discussio integrum ferme bien-
num, tandemque die secunda Augusti
Congregationibus finis imponebatur.

§. II.

*Constitutio contra Quesnelli reflexio-
nes a Pontifice promulgata.*

Postquam Deputati propositiones ex *Act. publ.*
Quesnelli libro depromptas sum- *Conf. p. 20.*
mo Pontifici exhibuerant, hic re ma-
turius ponderata, sæpiusque ad incu-
dem revocata, consultis etiam aliis
Cardinalibus & Theologis tandem tot
Hist. Eccles. Tom. LXVIII. li Gal.